



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De definitione, & varia diuisione excommunicationis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

to minus cum solo firno proposito satisfaciendi cum primum constituerit de veritate.

Ad quod facit quod Couar. tradit in citato num. 7. versu lumen vero: absolutionem ad cauelam esse extraordinariam & inducet Apostolæ Sedis quadam gratia: ideoque non efficiens Iudicis permittendam, vbi non fuerit specialiter à iure permisa.

Si queras an taliter dubitans teneatur petere absolutio nem. Respondetur cum Sylvestr. Absolutio 3. num. 14. tenet: quia in dubiis tutor pars est eligenda cap. Iuuenis: De ipsius cap. Ad audiendum. cap. Significatio De homicidio, & ad rem praesentem magis accommodata. Cap. Illud De Clerico excommunicat. ministr. An autem in foro exteriori eo ipso quod quis per se simpliciter se absoluat excommunicatione habendum sit excommunicatus sua confessione (quod pluribus disputat). Couar. in preced. num. 1. (quia nihil refert ad nostrum institutum, in eo non immorabitur).

94 Illud ad extreum occurrit monendum quod Vgolinus De censuris tab. 1. capite 22. § 1. num. 9. plenius explicat: dicta in priore huius Capitis sectione procedere siue dubitatio si facta, siue iuris: hoc est, siue dubitetur an Proenitens commiserit factum propter quod imposta est excommunicatio: siue an a iure, vel ab homine la a sit excommunicatio in tale quid facientem. Item dicta in sectione posteriore procedere: ex quacumque causa censetur excommunicatio invalida.

Explicatio spectantium tum ad validitatem excommunicationis: tum ad causas ab excommunicatione excusantes, quorum notitia requiritur ad usum legitimum absolutionis ab excommunicatione.

Confessarius in usu absoluendi ab excommunicatione debet instruere esse non tantum de antedictis: sed etiam de ratione iudicandi, an excommunicationis quia Proenitens apparuit irretitus, valida sit nec ne, si que sile videatur: analiqua detur causa ipsum ab illa excusans: atque si non detur, an excommunicationis sit refutata. De quo quidem tertio vniuersitatis possunt sufficere dicta in preced. lib. 8. a cap. 4. & in lib. 1. cap. 11. In particulari vero de lata in percussione Clerici vel Monachi, iam dictum est in appendice ad memoratum librum. De latis in Balla Cœna Domini, resistendo peculiariarum earum absolusioni, dicimus in presentium. De ceteris vero quoad eam res reservationem nihil occurrit dicendum: nisi id ipsum quod in memorata appendice dictum est, quoad reservationem latæ in percussione Clerici; accommodandum esse ob paritatem rationis ad reservationem vniuersitatisque illarum ac particulares materias commodius expendendas propriis locis in sequenti parte, tomo secundo maximè. Iam vero de duobus prioribus pro eorum explicatione, dicendum est quid, & quotplex sit excommunicationis: à quo, in quem, qua de causa, & quo modo ferri debeat ut valida sit. Item qua ratione cognoscatur eam in cursum esse: & qua ab ea incurrienda excusat. Quapropter sextum huius libri caput erit de definitione & divisione excommunicationis, septimum de eo à quo debet excommunicatio ferri, ut valida sit. Octauum, de eis in quem ferri debet. Nonnum, de causa ob quam ferri debet. Decimum, de modo quo ferri debet. Undecimum, de iis qua ab ea incurrienda excusant, quantumvis alias sit valida. Duo decimum, Deratione qua cognoscendum est an easit incuria. Reliquaverò ponentur in explicatione Bullæ Cœnae Domini.

CAP V T VI.

De definitione & varia divisione excommunicationis.

S U M M A R I U M .

95. Definitio excommunicationis: ad cuius declarationem proponitur varietas bonorum, in quibus Christi fideles communicant.
96. Divisione excommunicationis in generalem & specialiem.
97. Divisione eiusdem in eam que est a iure, & in eam que est ab homine.
98. In quo maxime differant due illæ excommunicationis species.

99. An ex confuetudine sit aliqua excommunicationis.
100. Divisione excommunicationis in comminatorem, & latæ sententie.
101. Divisione in Papalem, Episcopalem, & communem.
102. Divisione in iustam & in iniustam.
103. Tres casus in quibus excommunicationis sententia iniusta.
104. Subdivisione iniusta in validam & invalidam.
105. Quando ex parte excommunicantis excommunicationis sit nulla.
106. Quando ex parte cause, proper quam fortur.
107. Quando ex parte modi quo fortur.
108. Divisione in absolutam & conditionalem.
109. Quid sit tenendum de excommunicatione lata in aliquem, nisi intra certum tempus soluat creditoris; & hic illa prorogat terminum prescriptum.
110. Divisione excommunicationis in maiorem & minorem.
111. Sententia eorum qui peccatum mortale faciunt speciem excommunicationis; cum illius refutatione.
112. Ratio discernendi inter excommunicationem maiorem & minorem.

Definitio excommunicationis.

S E C T I O I .

Quid in genere sit excommunicationis, illa definitio explicat; quia dicitur censura Ecclesiastica, à Canone vel à Judece Ecclesiastico prolatæ, priuans communionem fidelium. In cuius declarationem adiungit, censuram esse correctionem culparum: & communionem fidelium posse esse, vel ipsorum prout homines sunt, vel prout fideles sunt: prioreque modo vel esse interiorum, nempe in natura humana, in qua omnes communiamus; vel exteriorum, nimirum in conuersatione ciuili, quâ homines inter se communicat colloquiis, salutationibus, coniuiciis, & negotiorum tractatione. Posteriori autem modo posse esse; vel in donis interioribus siue fidei, ob quam in fideliū nomine ipsi communicant: siue charitatis ob quam ipsi constituant Sanctorum communionem: cuius est mentio in Symbolo: in quo sicut præcedens articulus Credo Sanctam Ecclesiam, perinde et fidem: ita subsequens Sanctorum communionem, pertinet ad charitatem in qua via Christi membra conglutinantur (quod habet Satu in 4. dist. 22. quest. 1. art. 1. col. 6.) vel esse posse in Ecclesiæ intentione, secundum quam fideles communicant in precibus communib; nisi ve quas Clerici quatenus Ecclesiæ ministri faciunt vel in rebus exterioribus, qualia sunt templum & cœmeteria: vel demum in rebus partim interioribus partim exterioribus, qualia sunt sacramenta: hocque modo accipi debet distinctio communionis fidelium in interiorum exteriorum & medianam, usurpata ab authoribus quorum plesisque commemorat Couarr. ad cap. Alma mater Desentent. ex communicatione in 6 initiatione.

Cum autem haec ita sit, non solet quidem Ecclesia per excommunicationem priuare fideles bonis naturalibus; solet tamen conuersationem ciuili: quod facit congruentia scripturae. Nam D. Paulus in priori ad Corinth. cap. 5. prohibet conuercari cum fornicariis; & in posteriori ad Thess. cap. 3. cum iis qui non obediunt verbo ipsius, & D. Ioannes in Epiſt. 2. eum qui non adserit doctrinam veram, non esse recipiendum in domum, nec aei dicendum. Quod si quis opponat ciuilem conuersationem coenire homini ex quadam natura legi; homo enim ex natura sua est animal ciuile: ideoque non videri consentaneum ut Ecclesia hominibus illa interdicat. Respondetur, Ecclesiæ interdicere aliqui conuersationem ciuili, quia licet sit naturæ hominis consuetanea ipsa tamen per quorundam vel infirmitatem, vel malitiam pernicioſa esse potest disciplina Ecclesiastica: cui ut consulatur potest aliquis a ipsa priuari. Nam alioquin nec consentaneum esset quemquam a Magistratu ciuili coniici in carcere.

Quod actinet ad bona fidelium ut fideles sunt: internis quidem donis fidelis & charitatis, Ecclesia non solet per excommunicationem priuare. Neque enim ob haeresim; aut aliud peccatum mortale aliquem excommunicans, eum priuat fidei aut charitatis: sed si pponit his esse priuatum sua voluntate: si quidem per haeresim aut aliam infidelitatem: charitate vero per quodcumque peccatum mortale. De qua re plenius Vgolinus in tab. 2. de censuris cap. 9. §. 7. Com-

munibus vero precibus, & sacramentorum, aliarumque rerum Ecclesiasticarum vni, priuare solet: quod alibi tractandum est, nimirum 3. parte tomo tertio libro ultimo. Quotuplex vero in genere sit excommunicationis, varis divisionibus tradi solet: quatum una tantum est generis in sua species, nempe in maiorem & minorem. Ceterae enim sunt subiecti in sua accidentia: de quibus sigillatim est deinceps dicendum.

Divisiones excommunicationis in generalem, & specialem: a iure, & ab homine.

S E C T I O . II.

96. **P**rima igitur diuisio est in generalem & specialem: illa est, quae generaliter fertur in eum qui hoc vel illud fecerit: haec vero, quae aliquis excommunicatur nominatim, id est, expresso nomine proprio ipsius: aut saltem quod habent Sotus in sequent. art. 4. col. 2. & Couarr. ad memorat. cap. p. 1. §. 2. n. 8.) appolitis aliquot signis, quae certior & indubitanter ipsum demonstrant, designante tam speciatim, quam si proprio nomine exprimeretur. Vnde pro nominatim excommunicato habendus non est is, qui gerit contra canonom quo excommunicatio imponitur facienti certum quid, ut clericum vel monachum percidenti; quantumcumque aperte confiterit, factum ipsum, pro quo imposta est excommunicatio, perpetratum esse ab eo: id quod Couarr. ad huc haber loco citato.

97. Secunda diuisio excommunicationis, est in eam quae a iure & in eam quae ab homine imponitur. Illa autem dicitur esse a iure imposta, quae ab habente autoritatem statuenda Ecclesiasticum (ut ordinariam habent, Episcopi, & Episcopo superiores atque Concilia tum generalia, tum prouincialia: atque extraordinariam inferiores Episcopo habere possunt ex commissione aut privilegio, aut ex consuetudine aliqua legitimè prescripta) perpetuo statuto lata est: quod post Anton. D. 3. part. iii. 24. cap. 74. annot. Caet. verbo *Absolutio sub finem*, Syluester verbo *Excommunicatione* 1. §. 3. Quia additum duplicem unam a iure communis, id est a iure quod vel in Concilio generali, vel a Summo Pontifice statutum, ligat fideles per totam Ecclesiam: alteram a iure seu constitutio ne particulari sancitam in Concilio prouinciali, vel in synodo aliquius diocesis, vel a Sedis Apostolica Legato aliquius prouinciae, vel ab Episcopo. Quae perpetua quidem est, sicut præcedens: sed non extenditur ad loca quae sunt extra eam diocesim vel prouinciam: ut nec iuris. Etio eius a quo est lata.

98. Ab homine vero esse excommunicatio illa dicitur, quae ab habente autoritatem (de quo in seq. cap. 7.) lata est ab que intentione faciendo constitutionem aliquam perpetuam; sed tantum ad tempus, sive definitum sive indefinitum: nepe, ex Syl. ibid. ut ad tempus prouideatur alicui vel aliquibus personis: vt si a Summo Pontifice excommunicentur omnes, qui in colloquio cum monialibus turpia verba usurparint, vel qui se immisserint alicui certo negotio: ut v.g. qui ad aliquod bellum in Ecclesie perniciem exortum, profecti fuerint de nouo.

Ceterum a D. Anton. loco cit. post Palud. in 4. distin. 18. quæst. 5. art. 2. & post utramque a Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 2. immo & ab aliis communiter, distremen inter haec duas species constituitur præcipue: quod excommunicatio ab homine, cesseret mortuo, aut ablatio ab officio illo, a quo lata est, nisi confirmetur a successore, argumento capituli Exscriptio de locato & conducto: ex quo habetur unum legatum, posse alterius, cui succedit, statutum confirmare. Cessat, in quam, comparatione eorum qui illam non incurserunt, eo à quo lata est fungente adhuc officio suo; prout notant Palud. loco cit. & Panorm. ad cap. A nobis i. De sententi. excommun. num. 12. Itaque si Episcopus aleatores excommunicaverit: ipso mortuo, aut ab Episcopatu deposito, cessat illa excommunicatio, excepto quod illi, qui ipso adhuc tenente Episcopatum eam incurserunt, permaneant irretiti, debentque petere absolutionem ab eo qui succedit in eadem iurisdictione, aut à Superiori iuxta cap. Si Episcopus i. quæst. 3. Excommunicatio vero a iure nisi a successore aut à Superiori abrogatur, permaneat defuncto eo qui tale ius condidit iuxta cap. finale De officio Legati: in quo

decernitur statuta Legati durare etiam finita legatione. Porro quamvis, vt notant Panorm. ad rubricam, De sententi. excommunic. & post eum Sylu. loco cit. excommunicatio minor ab homine, non sit in vnu: negandum tamen non est quoniam illi qui maiorem ferre potest, minorem quoque ferre possit, prout ostendit Couar. ad cap. Alma mater i. part. § 8. numero 5.

Quærit autem Sylvestr ibidem, Num præter excommunicationem à iure & ab homine aliqua sità consuetudine: respondetque nullam esse: quod etiam docent D. Anton. in memorato cap. 74. & cum Hostiensi Angelus excommunicatio i. num. 6. ac cum Rosello Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 7. vbi moderationem hanc adhibet (vt & Angelus) nisi consuetudo approbat sit à Summo Pontifice, aut ab alio Prelato quoad suos subditos: quia tunc ea vim habebet statuti. Adde etiam ex Sylue. ibid. nisi habeat (vt ille loquitur) obseruationem & opinionem hominum, quod si faciens excommunicatur: quia & tunc aut vere aut presumptuè casetur constitutio edita.

Excommunicationis diuisio in comminatoria & latæ sententiæ: in Papalem, Episcopalem, & communem.

S E C T I O . III.

99. **T**ertia diuisio excommunicationis est in comminatoria, & latæ sententiæ. Comminatoria est, quam Superior ferre, cognitâ causâ, Iudici imperat: ne que incurrit antequam is illam vellet. Latæ sententiæ vero est, quae ipso facto, propter quod lata est, incurrit. Istiusque generis esse ex D. Anton. 3. part. iii. 24. cap. 74. censenda est, cum fertur his verbis: Præcipimus vobis sub pena excommunicationis quam ex nunc, prout ex tunc: & ex tunc prout ex nunc in vos ferimus; aut cum quidpiam mandatur aut prohibetur expreſsè sub pena excommunicationis latæ sententiæ: aut cum ex forma verborum patet Prelati voluntatem esse sententiæ ferre: vt cum dicit, Propter hanc vel illam causam excommunicamus te, vel vos, aut eum vel omnes qui hoc crimine admiserint; aut cum usurpatum verbum præteriti temporis, sic excommunicatis; si innovatus sententia excommunicationis; aut aliud æquivalens.

100. Comminatoria vero esse censetur, cum absolute & fine additione quidpiam prohibetur sub pena vel intermissione excommunicationis, aut anathematis; vel is qui ferre excommunicationem vitetur verbo futuri temporis, hoc modo. Qui hoc vel illud se ceri excommunicetur: nisi addat ipsa factio, vel ipso iure, vel eo ipso, vel aliud simile ex quo latæ sententiæ esse appareat. Quibuscumque enim verbis Superior subditum excommunicet, modo ei voluntatem suam de ferenda tunc excommunicationis sententiæ exprimat, censenda est excommunicatione latæ sententiæ: ita ut nihil referat ex D. Anton. loco cit. vtrum Index dicat: excommunico te; aut scias te excommunicatum: aut te excommunicatum agnosce; aut te habeas pro excommunicato; aut te excommunicatum reputes: dummodo huiusmodi verba voluntatem, intentionemve ipsius de presenti exprimant: quoniam verba feruunt intentioni, non contra ex cap. Humane aures 22. q. 5. Cum autem dubitatur de intentione, eligenda est (inquit D. Anton. congrueret doctriña tradenda in seq. li. 13. n. 98.) tutor via: vt scilicet is qui in talen sententiæ incurrit se reputet excommunicatum: ob periculum irreuerenter in diuinis communicandi cum aliis, aut scandalo eorumdem. Deratione cognoscendi num lex penalis ferendam an vero latam sententiæ continet, dicimus plenius in seq. lib. i. n. 258. & nonnullis seq.

101. Quarta diuisio excommunicationis est in Papalem, Episcopalem, & communem. Dicitur autem Papalis cuius absolutio sanctæ Sedis Apostolice reservata est; à quocumque authoritatem habente imposta sit, etiam inferiori Papa: vt post Caetan. in verbo excommunicatione cap. 22. annot. Sotus in 4. distin. 22. quæst. 2. art. 3. conclus. 2. Adferens in exemplum excommunicationem in incendiarios ex cap. Tunc nos De sententiæ excommunicat: quae non est lata à Papa, & nihilominus ei reseruata est. Episcopalis vero dicitur, cuius abolutione à iuris conditore reseruata est Episcopo. Communis denique dicitur, cuius absolutio nec Summo Pontifici, nec

Epi-

Episcopo reseruata est: sive à Summo ipso Pontifice, aut ab ipsius delegato; sive à Concilio generali aut provinciali; sive ab Episcopo per suam aut per Synodalem statutam la. a si: sed ab ea quilibet absolve e potest, qui alias possit à peccato, propter quod ea est lata.

Divisio excommunicationis in iustum & iniustum.

SECTIO IV.

Quinta divisio excommunicationis est in iustum & iniustum. Illa est quam si fert qui debet, & propter quod, ac quomodo debet; hæc vero, quam contra fert, si quoniam debet aut ob aliud, aut aliter quam debet. Cui definitioni congruerit glossa ad cap. Sed ponatur 11. quest. 3. distinguunt tres casus iniusti in cap. Episcopus Presbyter, eadem quest. in quibus excommunicatione iniusta fertur.

13. Primus est ex parte ferentis, cum id ad ferendum non adducitur zelo tullit, sed ira, vel odio: id quod esse contra ius patet ex ead. quest. cap. III. Secundus est ex parte cause: nempe quando ea est nulla, aut falsa, per falsos testes probata; aut non est sufficiens ad excommunicationem (ho. quando contingat exponetur in sequ. cap. 9.) quod item esse contia ius currum est ex cap. Sacro. De sentent. excommunic. & ex cap. Cum medicinalis, eod. tit. in 6. Tertius est ex parte modi: nempe cum non præmititur competens admonitus (de qua in sequ. cap. 10.) nec fert excommunicatione præsentibus personis idoneis, per quas admonitus probari posset: quod est contra ius in cit. cap. Sacro. Vbi tamen aduerit admonitionem non requiri, nisi sententia excommunicationis fertur ob culpas præteritas. Nam cum ob futuras fertur, sufficipla prohibito, quæ ratione habet admonitionis. Unde cum excommunicatione a iure ad futura tantum peccata puniendâ instituitur, ex cap. Cognoscentes De constitut, non requiriti admonitionem antegressam.

Subdiludi quoque solet excommunicatione iniusta in validam, & in invalidam seu nullam. Valida est quæ sortitur effictum suum ligandi (quod contingit, quando iniustitia non tollit) et quæ ad excommunicationem sunt necessariae simpliciter proindeque timenda est perinde a iusta, iuxta illud D. Gregorij relatum 11. quest. 3. cap. 1. Sententia pastoris sive iusta sive iniusta timenda est. Et ratio est: quia ligat tam in foro interno quam in externo, prout nota: Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 3. & lacius tractat Vgolinus De censuris tab. 1. cap. 13. §. 3. Invalida vero est, quæ effectum non sortitur, nec quod externum, ne quod internum forum, nisi quod provitando scandalum obligat ad obediendum, donec vulgus (Inquit Nauarr. sub finem citati num. 3) causas nullaritatis, etiam si notar. sapientibus, sibi persuadeat, aut certe persuadere debat: prout tunc debet cum quis, sicut excommunicatus est publicè aut pro tali denuntiatu, ita etiam promulgatur postea de ipso publicè, quod sententia in eum lata fuerit inanis nullarum virium. Istud significatur in cap. Qui iustus eadem quest. 3. cum dicitur, Iustum cum iniuste maledictus, etiam si non teneatur apud Deum, sententia tamen parere debet: ne ex superbialiter ligetur, qui prius ex parte conscientia absolutus tenebatur. Casus in quibus excommunicatione in invalida, nullae est, glossa ad cap. Præsent De sentent. excomm. in 6. ponit 12. quos & alios eiusdem generis ita possamus distinguere; ut quosdam dicamus esse ex parte ferentis excommunicationem, quosdam ex parte cause propter quam ea fertur, & quosdam ex parte modo quo ea fertur.

Ex parte igitur illius qui sententiam fert, in his casibus excommunicatione est nulla. Primo, cum non intendit ligare: quia excommunicatio vires suas habet ex intentione excommunicantis: perinde scilicet a lex ex intentione legislatoris. Id quod Panormit. notat ad cap. Ex parte De officio Iudicis Ordin. num. 6. deinde cum non est Iudex illius in quem fert sententiam: necius habet in ipsum. Pro quo faciliter illud quod ex cap. Ad audiendum De confutetur. habetur: sententiam à non suo Iudice latam, nullam obtinere firmarem. Tertio, cum Iudex, quoniam proprius est tamen excommunicatus, ex cap. Miratur 24. qu. 1. aut suspensus à iurisdictione, ex cap. Quia De concepcionibz Denique si fert sententiam in casu sibi non permisso; ex cap. Cum capella De priuilegiis & excessibus, vbi Pontifex statuit canonicos

facciili Ducis Burgundie non esse excommunicatos ab Episcopo Lingonense, ea ex parte qua exempti sunt ab ipsius iurisdictione.

Ex parte vero causa propter quam fertur, excommunicatione nulla est, quando illa continet errorem intolerabilem; ex cap. Per tuas De sentent. excommunic. sicut ea censetur continere (ex glossa ibid. ad verbum intolerabilem errorem) quod datur aduersus aliquem, ut impediatur facere quod est illicitum, & ex virtute: vt v. g. dare elemosynam pauperi; aut repetere legitime pecuniam sibi iuste debitam. Vel ex aduerso compellatur facere aliquid illicitum; ut debitum reddere vxori putativa; aut quodcumque aliud peccatum committere, etiam veniale tantum: prout notat. Syl. excommunicatione ultimo num. 1. Ade, aut eo quod non fecerit aliquid impossibile: siquidem impossibilium non est obligatio. ff. De regulis, lege Impossibilium. Quocirca sententia excommunicationis lata contra non facientes aliquid, aut non soluenter, non incurrit ab eis, in quorum potestate non est praescire id quod præcipitur.

Adverte autem ex Cordub. in lib. 1. Questionarij quest. 3. circa princip. ad hunc errorum intolerabilem constitutum, requiri aperte notariam, hoc est, quod excommunicatione lata sit ex causa manifeste falsa vel omnino iniusta, vel illicita, sive ex suo genore, sive ex circumstantiis, vel naturaliter impossibili, id est, quam manifeste conseruit vel nullo modo, vel non iusti cum vice periculo in actuum deducit posse. Secus enim est, si aliquid solum sit collateri impossibile, vel non manifeste iniustum aut malum: quia excommunicatione dicetur quidem iniusta ex parte cause non tamen nulla (de quo plenius Vgolinus in cit. §. 3. sub finem) & ideo timenda: quia ligat quo ad Ecclesiam, ita ut peccatum sit mortale, saltem ratione scandali, non seruire earum, si authoritas Ecclesiæ inde condemnari videatur. Qued si scandalum absit, ut in secreto, potest non servari ab eo cui constat se innocentem esse, atque adeo excommunicationem in latam esse nullam: Quoniam ei in seum innocentiam probare nequeat: lecite ramen potest, viato in interim scandalo, etiam dicendo missam, non seruare illam: quod post glossam ad cap. Licet De sentent. excommunic. in 6. docent Caier 2. 2. quest. 70 art. 4. Sotus in 4. distinct. 22. quest. 1. art. 3. sub finem, Covarr. ad memorat. cap. Alma mater part. t. §. 7. versus Illud tamen.

Invalida est præterea excommunicatione ex parte causa (iuxta cap. Quia plerique De sentent. excommunic. in 6.) quam Prelatus fert in suis subditos qui Superioribus, aut sedis Apostolicæ Legatis, aut inquisitoribus insinuant, vel expoununt Ecclesiastum, seu locorum suorum, personarum, ac rerum statum.

Ratione vero modi quo fertur, invalida est excommunicatione: cum quis post legitimam appellationem excommunicatur; ex cap. Per tuas De sentent. excommunic. Vbi aduerit obiter quod quando lata est excommunicatione, cum conditione: si appelletur pendente aucto conditione, appellationem tenere & impedire sententiam ex cap. Præterea 2. De appellationibus. Si vero simpliciter fertur excommunicatione, hanc non tolli quidem per appellationem: cognitionem causa tamen transferri ad Superiorem, ex cit. cap. Per tuas. Invalida etiam est quando participantes cum excommunicatis eis participatione, quæ minorem solum excommunicationem inducit (qualis censetur ea, quæ non est in crimine pro quo lata est excommunicatione ipsa) excommunicantur maiore excommunicatione, non nominando eos expressè, neque præmissa admonitione canonica, de qua postea. Istud, notatum à Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 4. & à Covarr. ad cap. Alma mater part. 1. §. 3. num. 6. habetur ex cap. Statutus, & ex cap. Constitutione De sentent. excommunic. in 6.

Divisio excommunicationis in absolutam & conditionalem.

SECTIO V.

Absoluta excommunicatione dicitur cum absolure & absque conditione fertur. Conditionalis vero, cum fertur sub aliqua conditione. De priore illud obseruandum est: ipsam in conscientia statim ligare delinquentem, eum latam à iure. Nam etiam si poena ipso iure imposta non liget communiter in conscientia ante sententiam iudicis, ut pater ex cap. Cum secundū De hereticis in Sexto: ex quo habetur, in penitentia iure

106.

107.

108.

iure incurris, requiri declarationem Iudicis, ut carum execu-
tio iustè fieri possit. Nihilominus tamen id non habet locum
in excommunicatione, & in aliis censuris Ecclesiasticis, vt
notant Caetan. 2. 2. quæstione 62. articul. 3. & in summula
verbō Pœna, ac Sotus in 1. de iust. & iure que quæst. 6. art. 6.
concluſ. 2. Quibus fuerit quod in cap. Pastoralis §. Verum De
appellationibus habetur, quod excommunicatione secum tra-
hat executionem: & excommunicatus per denuntiationem
non amplius ligetur.

De posteriorē verò obseruandum est cum D. Anton. 3.
part. tit. 24. cap. 74. in fine, Nauarr. in Enchir. cap. 27. num.
11. & Couar. in cit. 1. par. §. 10. num. 6. eam non ligare anté-
quam conditio sub qua fertur impleatur. Ratio est, quia vt
Panormit. notat ad cap. ex parte de officiis Iudicis ordin. num.
6. excommunicatione vim habet ex intentione Iudicis à quo
fertur. Qui autem sub conditione excommunicat, non inten-
dit ligare nisi adimpta conditione: immo nec potest,
nisi iniustè, id intendere: cum iniquum sit excommunicare
illum qui nullam adhuc commisit contumaciam. Adimpta
conditione verò, omnem in vim ligandi statim fortitur, non se-
cūs ac si prolatā esset sine conditione. Ex quibus consequens
est illud quod loco cit. tradit Couarr. ab eo tempore quo ad-
venit conditio, censendum est irrestitutum excommunicatione,
illum in quem lata est conditionalis excommunicatione:
non autem à tempore pronuntiationis sententia: per eam
quam Iurisperit vocant retroactionem: ne quidem, iuxta
Panormit. ad cap. Præterea 2. De appellat. num. 11. Index sic pro-
tulerit sententiam: Nisi intra 20 dies solueris, ex nunc te ex-
communico.

Adverte autem eum cui est impositum sub pœna excom-
municationis lata sententia, vt intra 20. dies creditori sa-
tisfaceret; si creditor ipse illi terminum proferet v. g. vsque
ad quadraginta dies, non incurrit in excommunicationem
nem intrá primum terminum viginti dierum, vt notatum est
ab eod. Panorm. ad ca. Ex rescripto De locato & conducto num. 7.
Eratatio est, quia cum Iudex tunc decernat excommunicationem
in favorem creditoris, voluntas illius conformatur vo-
luntati huius. Quare cum creditor debitor prorogat ter-
minum, id censendum est fieri de mente Iudicis qui excom-
municationem decrevit. Deinde sicut creditor debitori re-
mittendo debitum ad omne tempus, illum ab excommuni-
cationis pœna penitus liberaret: sic censendus est remiten-
do ad certum tempus, liberare à certi temporis pœna excom-
municationis. Quam tamen prorogationem adverte fieri
debere ante quam primus terminus lapsus sit, debitorque
in excommunicationem incurrerit: nam consensus post in-
cursam superueniens, eam non tollit: vt merito atunt Angelus
excommunicatione 1. num. 20. Sylu. excomm. 2. num. 1. vers. 13. &
Nauarr. in Enchir. cap. 27. nu. 15. quia excommunicatione est vin-
culum absolutione tollendum.

Dubitatio autem est, An si debitor non soluat intrá ter-
minum à creditore prærogatum, incidat statim in excom-
municationem. De qua te iudeum authores afferunt, quod
si prorogatio facta sit de consensu Iudicis qui excommuni-
cationem tulit, debitor tunc incidere in excommuni-
cationem: quia in tali casu, res perinde se haberet ac si in prin-
cipio Iudex ipse totum illum terminum excommunicationis
incurrebat præscripisset. Sin autem prorogatio à cre-
ditore sit facta inconsulto Iudice, Angelus & Sylu. locis cit.
putant non incurri tunc excommunicationem: quia licet
creditor possit effectum excommunicationis auferre pro-
rogando terminum vel remittendo debitum vt dictum est
(quoniam id non requirit iurisdictionem) non potest tamen excom-
municationem prorogare: cum id sit opus iurisdictionis,
quam ille non habet. Atque istud, ipsorum sententia, ve-
rum est, etiam si constitutum sit inter partes, vt si intra terminum
prorogatum solutio non fiat, excommunicatione incur-
ratur.

Post Felinum verò, ad i. De iure iuri. num. 5. & ad cap. 2.
De sponsaliis. 34. atque alios; Couarr. ad ca. Quamvis pœnum
initio 1. partis §. 1. nu. 6. existimat in hoc quoque posteriore
casu excommunicationem incurri. Quod probatur: quia
prorogatione facta à Iudice, aut ab alio de autoritate ipsius
excommunicatione incurritur, ut illi concedunt in priore casu.
Ergo incurritur quoque facta prorogatione illo inconsulto.

Nam & curatione facta, censenda est fieri de voluntate eiusdem: cum Iudicis cuius intentio in istiusmodi excom-
municatione decernenda, conformetur intentioni eius
in cuius favorem decernitur. Vnde credendum est men-
tem eiusdem Iudicis esse quando fert excommunicationem
nem: si creditor velis solutionem terminum pre'cribere lon-
giorem, quam in sententia ipse definiti: id ita possit, vt nisi
in termino quem p̄t scriperit fiat solutio, tunc excom-
municatione lata effectum suum sciat. Quāquam tamen si
certo constet Iudicem non habuisse dictam mentem, faten-
dum est excommunicationem non incurri in termino pro-
rogationis, si solutio non fiat: quia vt iam diximus, excom-
municatione vim suam habet ex intentione Iudicis. Ad argumen-
tum vero in contractum, facile est ex his occurserem: enim
creditor est, qui debitor ē ligat, non facta solutionis in termino
prorogationis: sed Iudicis in ferenda sententia, intentio
conformandi se eiusdem creditoris voluntati.

*Divisio excommunicationis in maiorem & mi-
norem.*

SECTIO. VLTIMA.

VT ratio huius divisionis intelligatur notandum est ex
D. Thom. in 4. distinct. 1. quæst. 2. art. 1. quod utile qui
per baptismum adscribitur Ecclesia ad duo alciscitur: nem-
pe ad cœtum fidelium, & ad participationem Sacramen-
torum: ita etiam illum qui per excommunicationem ab Eccl-
esi separatur, priuari cœtu fidelium, & participatione Sacra-
mentorum. Item sicut potest quis participes esse cœtus fide-
lium, qui non sit Sacramentatum: ita etiam posse quem
priuari participatione Sacramentorum, qui non priuari
cœtu fidelium. Atque hinc iuxta cap. A nobis, De exceptio-
nib. & cap. Si quem de senten. excommunicat. distinguuntur
duplex excommunicatione: una maior priuans tam cœtu fide-
lium quam participatione Sacramentorum: altera minor,
qua priuat tantum participatione Sacramentorum: ita vt
illa, iuxta cap. Cum medicinalis De senten. excomm.
in 6. (quod Couarr. explicat ad cap. Alma mater in initio
num. hono.) merito comparetur corporal pœna medica-
tia, qua membrum putridum, aut vclus vel apostema in-
ciditur: hæc verò præseruatius, qualis est abstinentia à cibis
per dieam.

His D. Anto. 3. par. tit. 24. In processu addit tertiam, qua
pér peccatum mortale charitate spoliati, segregamus à com-
munione Dei. De qua 1. Ioan. 4. Deus charitas est & qui ma-
net in charitate in Deo manet & Deus in eo.]

Sed opinio Panor. ad Rubric. De sent. excomm. tenenda
est; Canonistarum; teste Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 2.
communis, traditum bimembri diuisionem sufficientem
esse quia cum excommunicatione non sit culpa, sed censura,
sua pœna Ecclesiastica; non incurrunt nisi per sententiam
lata à iure, vel ab homine Ecclesiastico. Deinde quamvis
ille qui peccato mortali contaminatur, desistit ut chari-
tate: non tamē censetur esse extra communionem Ec-
clesie; sed esse tanquam membrum aridum quidem, &
mortuum, iuxta illud 1. Ioan. 3. Quia non diligit manet in morte:
non tamē seiunctum à communione reliquorum mem-
brorum corporis. De qua comparatione videri potest Couar.
in præced. num. 5. Et quamvis à Christo capite non re-
cipiat perinde speciem influxum, ac reliqua Ecclesia mem-
bra viuentia charitate; magnam tamen utilitatem ex eo acci-
pit, quod non sit à communione Ecclesia præcisus. Nam
que Ecclesia pro illius ad Deum conuersatione orat, ipsius
que curam pastoalem gerit: atque sicut cum Princeps toti-
ciuitatis aliquod beneficium impertire, malis propter societatem
bonorum beneficit: sic Deus peccatoribus interdu-
bus beneficia tribuit propter societatem Sanctorum cum qui-
bus communicant.

Cæterum quātūs excommunicatione minor ponatur spe-
cies excommunicationis: non habet rancem huius perfecta-
tionem. vt notat D. Thomas loco cit. sed tantum aliquid
de ea participati nimilum esse privationem vius Sacra-
mentorum: cum adhuc maximèque pertineat ad perficiati-
onem excommunicationis, vt priuari cœtu fidelium. Itaque
soli maior conuenit plena perfectaque ratio excommuni-
cationis, prout notat Sotus in 4. distin. 22. quæst. 1. art. 1.

Ad

Ad unam vero ab altera dilacerandam, regula hæc tenenda est: vt si in sententia qua fertur excommunicatio non indicetur hanc esse minorē: nempe vel causa nominando, vel ei tantummodo tribuendo effectū minoris excommunicationis propriū (qui est pertinere Sacramentorum receptione) censenda sit maior. Vnde cum sententia fertur absoluē; vt cum Iudeus dicit Excommunico illum, aut aliquid aliud aequivalens, nulla facta mentione maioris vel minoris excommunicationis, est maior excommunicatio iuxta expressum textum in cap. Si quem, De senten. excommunicante.

Sed obiectio aliquis in pœnis benignorem interpretationem esse assumendam exlege, si præses, &c ex lege Interpretatione d. De pœnis. Cum igitur id quod a iudice dictum est ab solute, excommunicamus, interpretari possumus, & de maiore & de minore excommunicatione; interpretatio de hoc ut pote benignior, assumenda est, cui obiectio duobus modis Couar. ad cap. Alma mater 1. par. §. 8. num. 5. responder. Primo ita vñam sermonis obtinuisse; vt cum absolute excommunicatio dicatur, significetur maior: communem vñam vero maximum obtinere locum in cuiuslibet sermonis interpretatione; ex lege Labeo, ff. De suppelle & legata. Secundo excommunicationem esse pœnam spiritalem: ad hoc institutam. vt contumaces animos à peccatis auertant, & ad veram obedientiam adducant: quem effectum caritissime haberet, si esset interpretanda de minori, cum haec parum operetur ultra peccatum mortale, hoc est, non inducat admodum grandem laſionem, præter eam, quam contumax ex peccato mortali accepit.

C A P V T VII.

De eo à quo excommunicatio ferri debet ut sit valida.

S V M M A R I V M.

- 113. Que iurisdictione requiriatur ad validē excommunicandum.
- 114. Illius capax est tantum homo Christianus, vivens, & ratione vicens.
- 115. Eam non habet laicus.
- 116. Nec item mulier etiam si Abbatissa sit.
- 117. Cui etiam si Ecclesiastica iurisdictionis incapax sit, eiusdem tamē vñus aliquis committi potest.
- 118. Ab Episcopo & Prelatis eo superioribus, potest ex officio validē ferri excommunicatio.
- 119. Potest etiam a nonnullis inferioribus Prelatis.
- 120. Quix ordine secularium censi sunt excommunicare posse ex officio.
- 121. Parochos non esse de eodem numero.
- 122. Soluto obiectorum contrariarum.
- 123. Qui Regulares excommunicare possint.
- 124. De iis qui ex delictione possunt excommunicare.
- 125. Quidam adiunctorum circa eamdem delegationem.
- 126. Prelatus in modum maiore excommunicatione quādū ab Ecclesia toleratur, potest validē excommunicare.
- 127. Quod procedit etiam in eo qui est propter heresim innodus.
- 128. Irregularitas non est impedimentum vñus potestatis excommunicandi.
- 129. Qua sint eiusdem impedimenta.
- 130. Peccatum alteri qui sciens se non posse excommunicare, nibil minus excommunicat.
- 131. Ecclesiastici in vñus excommunicandi, non pendent à potestate laicæ.
- 132. Deo quod laici impediuntur se submittere Curie Ecclesiastice, relata laicali.

CVM excommunicatio alia sit à iure, alia ab homine: illam si solus validē ferre potest, qui ius statutumve Ecclesiasticum perpetuum potest condere: de quo in praecedenti numero 97. iam est habita mentio. Atque conditiones in iure excommunicationem imponente requisitas, vt ea valida esse ac ligare censeatur, persequi illius loci est in quo tractandum est de ijs quæ sunt necessaria ut lex humana obliget. Quilocus pertinet ad sequentem lib. 13. in cuius cap. 16. ea tractatio institutur. Tantum igitur est hic differendum de eo qui excommunicationem secundi generis,

ab homine sicut, valide ferre potest. Atque si procedamus, vt in priore parte Capitis doceamus quis sit qui excommunicare potest: vnde sufficienter intelligetur quis possit excommunicationem eiusdem generis ferre. In posteriore parte vero satisfaciamus quibuldam dubiis, eodem spectabilibus.

Prior pars capituli, in qua docetur quis sit qui excommunicare potest.

HOC quasi fundamentum constituendum est: excommunicationem esse actum iurisdictionis Ecclesiastica in foro exteriori, vbi causa inter homines contendendo agitur, vt facile est deducere ex verbis Domini nostri Matth. 18. Si frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. latiusque tractat Vgolinius De censuris tabula 1. cap. 2. §. 18. & 19. Vnde consequens est, cum omnem qui iurisdictionem habet in foro exteriori, posse excommunicare: quod vñanimi consensu admittere Theologos in quartum distin. 18. & Simplicios in verbo Excommunicatio testatur Couar. ad cap. Alma mater, De senten. excommunicante. in 6. 1. par. §. 11. num. 1. in eamdem sententiam ciascans Panormit. Hostiensem, & Felicium: admonensque iuxta cap. Transmissam & cap. Suffraganea, De electione, intelligendum esse de eo etiam qui potestatem ordinis nondum habet; & iurisdictionis particeps est, per commissionem qua populus ei subiicitur regendus, eam in foro exteriori.

Pater autem primo ex fundamento positō: non nisi hominem Christianum, vñuentem, ac ratione vñtentem, excommunicare posse. Nam nec Angelus sive bonus sive malus, nec Iudeus, aut Paganus, nec mortuus nec furiosus aut alter rationis vñus priuarus, capax est prædictæ iurisdictionis, vt de se patet: & in particulari Vgolinius loco cit. docet. De Angelo quidem §. 1. in fine. De homine vero vita functo, in §. 2. inde inferit non valere excommunicationem quam Iudeus tulit, sub conditione si ipse moritur antequam conditio implatur. De priuato autem rationis vñus in §. 6. & denum de non Christiano in §. 9. In quibus hæc non est necessarium ad nostrum institutum.

Laicum non posse excommunicare validē.

S E C T I O . I.

Paret secundo, laicum excommunicare non posse: quæ est communis Doctorum sententia, vt aliquot in eam referens Vgolinius habet in eod. cap. 2. §. 10. Pro qua Couar. in cit. §. 11. num. 3. adserit tum alia tum cap. 2. de iudiciis & cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ De constitutionib. Qui & insinuat in preced. num. 1. bonam eius rei rationem: nempe quod potestas excommunicandi, cum respectum habeat ad adiutum regni coelestis (excludit enim à Sacramentorum vñus quo regnum celorum aperitur) est Ecclesiastica: quandoquidem laicæ per se respicit tantum ratiō pacem. Indeque est quod eadem iurisdictionis, in subiecto in quo inest, requirat aliquem factum ordinem, vt idem author annotat: aut faltum primam consuram ut placet Paludano & aliis quos referit & sequitur Vgolinius in cit. §. 10. sub finem. In laico igitur nequit esse potestas excommunicandi, quidem delegata, nisi Papa sit qui eam delectet. Quod communis Doctorum consensu tenet aliquid eorum citatis, Vgolinius meminit, beneque declarat eius rei fundamentum in eod. §. 10. num. 4. post Couar. sub finem cit. nu. 3. Nempe quod prohibitio ne iurisdictione Ecclesiastica per laicos exercetur, si de iure Pontificio cui ceteri quidem omnes subsunt, non autem Papa. Addit ille, quod est notatum dignum, requiri Sacerdotalem ordinem ad ferendam excommunicationem cum solemnitate ceremoniarum, & precium, quas in anathematizadione feruandas esse habetur in 3. parte Pontificis Romani.

Nec mulierem posse validē excommunicare.

S E C T I O . II.

Tertiū, patet feminam non posse excommunicare, etiam si Abbatissa sit; ex cap. Dilecta. De malo. & obediens. consentiuntque Summiste in verbo Abbatissa & alijs quorum meminit Vgolinius De censuris tab. 1. cap. 2. §. 7. num. 3. Ratio potissima est, quod ex communi Theologorum &